

Daniel Hermann *Stephaneis* - ein neulateinisches Meisterwerk aus Livland

Kristi Viiding (Universität Tartu)

**1. Lebenslauf und Werke vom Daniel Hermann:**

1543 in Neidenburg/ Preußen geboren

1558-1572(?) Studium in Straßburg, Königsberg, Basel und Wittenberg;

1573-1578 Sekretär im Dienst des Habsburger Kaisers in Wien und Prag;

1578 der Beruf zum Stadtschreiber in Danzig;

1578-1580 die Teilnahme am ersten Feldzug des polnisch-litauischen Königs und Großfürsten Stephan Bathory gegen Russland;

1580-1601 in Riga: Sekretär des polnischen Statthalters und freie Schriftsteller.

1582 erscheint in Danzig das Werk *Stephaneis Moschovitica, sive de occasione, causis, initiis et progressibus belli a Polonorum rege Stephano primo contra Johannem Basilium magnum Moschorum ducem gesti, et hoste represso, ad pacis conditiones deducti libri duo priores.*

1614 erscheinen in Riga posthum drei Bände seiner gesammelten Werke, darunter *Stephaneis* im dritten Band.

**2. Proömium im Vergleich mit *Aeneis* von Vergil:**

D. Hermann <i>Stephaneis</i>	Vergilius <i>Aeneis</i>
Magnanimus REGEM qui <b>regna Polona</b> potenti Imperio, et justis defendit fortiter armis, HEROEM Stephanum, <b>Hungaricis</b> qui primus ab oris Rex Procerum arbitrio, et FATORUM NUMINE lectus (5) ARMA per horrentes pugnaci milite silvas, Vique <b>viam ad Moschos</b> per inhospita lustra <b>paravit</b> , Nunc VERSU GRAVIORE canam: Gens sera nepotum Audiatur, et meritis virtuti expendat honores, Insignem celebrans Regem, qui fortibus ausis, (10) Cacum illum horrendum fera post Spelaeae latentem, Desertosque diu <b>Livones</b> vincere suetum, Mille necis species tormentaque mille parantem, Crudeli et cunctos superantem caede Tyrannos, Qui sunt, quique fuere et qui sunt cunque futuri, (15) Reppressit tandem: et retro procul ire coegit: <b>Livonesque</b> iterum jussit sperare SALUTEM. Vera cano: gestis atque omnia congrua rebus, Quae coram aspexi: hisque oculis praesentia vidi: Quaeque fide digna accepi. Quis talia fando (20) Explicet aut dignis possit memorare Camoenis. Phoebus afflatu plenus praecordia Vates? Latum iter ingredior: rem magni tento laboris, Quae captum ingenii vires excedit et ipsas. In magnis voluisse sat est: conabor in altum (25) Surgere et herois sublimia pandere versu Regis gesta, Duces, <b>Martisque horrentia bella</b> , Molior hincque gravem memoranda per orsa cothurnum. Qui mihi das vires, quique es mihi Carminis auctor, Et bene, quos facio, facis hos me condere versus, (30) Christe ades, et dictis divinum asperge leporem. /.../	[Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena Carmen, et egressus silvis vicina coegi Ut quamvis avido parerent arva colono, Gratum opus agricolis, at nunc <b>horrentia Martis</b> ] Arma virumque cano, <b>Troiae</b> qui primus ab oris <b>Italiam</b> fato profugus Laviniaque venit Litora, multum ille et terris iactatus et alto Vi superum, saevae memorem lunonis ob iram, (5) Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem Inferretque deos Latio; genus <b>unde Latinum Albanique</b> patres atque altae moenia <b>Romae</b> . Musa, mihi causas memora, quo numine laeso Quidve dolens regina deum tot volvere casus (10) Insignem pietate virum, tot adiere labores Impulerit. Tantaene animis caelestibus ira?

**3. Das Vorbild von Vergils Aeneis im Geleitgedicht am Anfang des Stammbuches von Daniel Hermann, geschrieben um 1567** (UB Lund Arkiv A IV b 10; Fol 5r-6v):

Scripturis in hunc librum

Troius Aeneas Lybicus ereptus ab undis  
Cum sociis Tyrios postquam pervenit in agros,  
Singula in ignota lustraverat ocius urbe.  
Ecce sed in partes oculos dum conjicit omnes,  
(5) Conspicit Iliacas, picta sub imagine pugnas;  
Ergo stat, atque animum pictura pascit inani.  
Namque ibi cernere erat combustae ad moenia Troiae  
Hector Achilleis distractus ut undique bigis,  
Troianam effuso maculavit sanguine terram.  
(10) Parte alia, Aeneas indutis cernitur armis  
Ire hostes contra, Martem accendere Marte.  
Haec satus Anchisa, cupidus dum spectat ocellis  
Ac tantos casus gentes quoque scire remotas  
Forte videt: veterum non immemor ille dolorum  
(15) Gaudet, et obtutu totu defixus in uno est.

Huius ab exemplo, Illustres, magni, generosi,  
Nobilis, aut quotquot vel docti nomen habetis,  
Hic mihi confectus liber est...

**4. Anrede an Musen:**

*Vos mihi nunc, Musae, versus dictate canenti,  
Quis tandem eventus fuerit? Quisve ultimus arcis  
Exitus? Et quae sors Moschorum quemque secuta?  
Haec Musae meministis: et haec memorare potestis.* (1,641-644).

**5. Die ersetzte Liebesszene (III,20-40):**

(20) Namque haud Concilium indixit, quo confluat omnis  
Turba ducum et Procerum, deque ipsis consulat armis.  
Convocat at tota multas ditione puellas,  
aptas conjugio, et formis praestantibus auctas.  
Iussa omnes faciunt (nec enim contemnere iussa  
(25) Fas Moschi) coram se per coenacula sistunt,  
Bis senos instructa toros quae singula praebent  
Pulcra modis miris, auroque micantia et Ostro.  
Ante torum sed enim stat quemlibet una puella.  
Quas simulac avido Dux lumine circumspexit  
(30) Uno stipatus sene tantum: considet alto  
In solio. Variis decorata ornatibus inde  
Quaeque venit Virgo, et sperans certamine formae  
conjugium tantum, in gremio Ducis et sua ponens  
Gemmis atque auro sudaria texta, recedit.  
Harum quae forma est pulcerrima deligit unam  
Conjugio, reliquas dimissas donat abunde.  
Mos Moscho, Uxorem ut quoties vult ducere, ducat;  
Mos et ei, Uxorem ut quoties vult linquere, linquat.